

Audi filia & uide & incline aurem tuam.

& obliuiscere populum tuum & domum patris tui.

Et concupiscent rex decorem tuum quo ipse est
dominus deus tuus & adorabunt eum.

Et filiae tyri in muneribus uultum tuum
deprecabuntur diuites tuis.

Omnis gloria eius filiae regis abintus
in fimbriis aureis circumamicta uarietatis.

Adducentur regi uirgines postea
proximae eius afferentur tibi.

Afferentur in lactitia & exultatione addu-
centur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues
eos principes super omnem terram.

Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione.

Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum
& in saeculum saeculi. *Psalmus 45.*

Deua ego dixi dñe miserere mei sana animam meam
dominus noster refugium & uirtus adiutor in
tribulationibus quae inuenerunt nos nimis.

Propterea timebimus dum turbabitur terra.